Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26083
Copyright: Admont, Benediktinerstift



minas auri quas ipse infixerat in mal-
uis templi. Cumque misisset regi assyriorum
predictam pecuniam, irritum fecit sennache-
rib iusiurandum. et misit ad obsidendum
ierusalem tharsan et rapsacen. et castra me-
tati sunt iuxta aqueductum piscine superioris.
que est in uia aque fullonis. et abstulerunt
ciuibus aquam exterioris piscine. Cumque uo-
cassent regem ad colloquium, noluit exire. sed
misit ad eos helyachim pontificem. et soliam
scribam. et ioachen a commentariis. et loquebatur
ad eos rapsaces hebraice. Erat enim samarites
ut quidam uolunt. fuerunt qui dicerent eum filium
ysaie qui transierat ad assyrios. et susceperat
ritum gentium. et factus est ciliarcus. et ait. Hec
dicit rex magnus assyriorum ad te. o ezechia, in quo
confisus es ut audeas rebellare. Si confidis in
rege egyptio. inniteris baculo arundi-
neo. Si spem ponis in domino tuo. numquid diuigen-
tium et israel. liberauerunt eos de manu mea.
Si spem ponis in populo tuo. dabo tibi duo milia
equorum. nec poteris apud te inuenire ascenso-
res. et rogabant nuncii rapsacen. ut loque-
retur eis syriace audiente populo et non iudaice.
qui erat super murum. Tunc exclamauit rapsaces
et ad populum. dicit rex magnus assyriorum. Facite me-
cum quod uobis utile est. ne comedatis stercora
uestra. et bibatis urinam uestram. Egredimini
ad me. et utimini bonis uestris. donec ueniam
ad uos. et transferam uos in terram que est similis
uestre. Cumque retulissent nuncii commina-
tiones istas ad ezechiam. scidit rex uestimen-
ta sua. et opertus est sacco. et ingressus est in
domum domini. et misit predictos nuncios et senes
de sacerdotibus opertos saccis. ad ysaiam dicentes.
Hec dicit ezechias. dies hec est tribulationis nostre.
et increpationis diuine. ora pro reliquiis
israel. si forte deus audiat blasphemiam rap-
sacis. et uindicet. Et respondit ysaias. Hec dicit dominus
ezechie. Noli timere. Ecce ego mittam re-
gi assyriorum spiritum. et audiet nuncium. et reu-
tetur in terram suam. et deiciam eum cum gladio
in terra sua. et recessit rapsaces a ierusalem. et in-
uenit regem assyriorum expugnantem iobnam.
Transiuit autem rex ad egyptum expugnandam.
ut triumphans rediret ad euertendam ierusalem.
Cumque obsedisset pelusium. audiuit tharar-
cam regem ethiopie cum multo exercitu ueni-
re uenire in auxilium egyptiorum. et turbatus
rex dixit. thariacam esse sacerdotem uulcani. et
ideo non dimicaret cum eo. et redit in iudeam et ob-
sedit ierusalem. Herodotus tamen aliam causam reditus
sui tradit. Orante autem rege egyptiorum ad
dominum. multitudo soricum in una nocte come-
dit cordas arcuum in castris eius. et facti sunt as-
syrii inermes. et dicit rapsacen. cum exercitu
remansisse circa ierusalem. et sennacherib redisse
ad eum de egypto. Veruntamen ante reditum senna-
cherib. ut transiret de egypto in iudeam.

Hec facta sunt.

Cum egrederetur sennacherib iudeam. ut transiret
in egyptum. misit ezechie litteras terribiles et
comminationis plenas dicens. quod deus israel non
posset eum liberare de manu sua. Tunc ascendit
ezechias in domum domini. expandens litteras
coram domino. orauit dicens. domine deus israel audi
uerba sennacherib. quibus exprobrauit te nobis.
Salua nos obsecro de manu ipsius. Tunc misit
ysaias ad ezechiam. significans ei uerba domini
ad sennacherib. in hunc modum. Spernet te
sennacherib uirgo filia syon. mouebis
caput post tergum tuum cum fugeris. exprobrasti sancto
israel. uiribus tuis. scilicet assecrepsisti quod uastasti iu-
deam. sed ex diebus antiquis ego plasmaui il-
lud. et nunc adduxi. id est ego qui ab eterno dispo-
sueram. quod sic flagellarem peccantes. nunc
impleui. Ego auctor fui. tu ministrum.
ponam itaque circulum in naribus tuis. sicut
fit bubalo. et camum in labiis tuis. sicut
fit equo. et reducam te in terram tuam.
Tunc addidit ysaias uerba sua ad ezechiam
dicens. Tibi autem ezechia hec erit signum